de Vellate et dic. inter Cengias: a mane saxum Nivium a meridie emptoris, a sero saxum et pratum donicum, a monte Otonis Tenche; tali modo quod de cetero in antea ipse Petrus emptor et eius heredes et cui dederit habeat et teneat et titulo emptionis possideat dictam petiam terre saxi et busci, et fatiat de ea una cum superioribus et inferioribus et finibus et accessiis suis iure proprietarii quicquid facere voluerit sine alicuius contradictione. Insuper dictus Ardicius promissit et guadiam dedit, omnia sua bona pignori obligando eidem Petro, ita quod de cetero in antea defendet et guarentabit dictam petiam ei suisque heredibus et cui dederit omni tempore ab omnibus personis suis expensis et dampnis cum iure et ratione ut venditor emptori. Et hoc totum pro pretio et solutione de sol. novem tert., quos contentus et confessus fuit ab eo accepisse, renontiando exceptioni non numerate pecunie et non accepti pretii. Interfuerunt ibi tt. Otto f. qd. Alberti de Buira et Nicolla qd. (b) Beltrami de Axerbo et Chunradus f. Philipi Peldecapre de l. Vellate.

(S T) Ego [Nicolla] not. ..... ser Ardrici de ser Guarnerio Patarino hanc [car. tradidi et scripsi].

*Originale strappato sul margine inferiore; si è persa almeno una riga intera.*

(a) *Segue nel testo la parola* terre *cancellata.*

(b) *Segue la parola* Axerbi *cancellata.*

**N. 326**

**1251.**

In nomine Domini. MCCLI. Breve recordationis terrarum eccl. S. Marie de Monte iacentium in l. et territorio de Baraxio que fuerunt Iacobi de Frugerio de l. Baraxio coverssi dicte eccl. In primis medietas pro indivisso unius petie silve et brugarii, et dic. in Petia Rea, cui coheret a super totum a mane Gualberti de Rille et via, a meridie Guifredi de Rille et nepotum et in parte dicti Gualberti de Rille, a sero predicte eccl. S. Marie, a monte via, et est pert. VIII, in qua petia sunt arbores XXI mediante via. Secunda est medietas pro indivisso unius petie brugarii, et dic. similiter in Petia Rea ibi prope in qua sunt zuchi III arborum, cui a super totum coheret a mane Bellani de Volotrona et fratrum, a meridie via, a sero ff. qd. ser Uberti et Petrolfi de Morxolo, a monte via, et est pert. novem minus tab. due, in qua petia



sunt tab. VII a monte parte que sunt Giroldi de Iacobo de Axerbo et sunt suprascripte due petie medie ipsius Giroldi. Tertia dic. ad Arli, et est medietas unius petie brugarii, tab. XII: a mane eccl. S. Marie, a meridie Albertoli de Iuliano, a sero ff. Tedaldi de Morxolo, a monte heredum qd. Guillielmi de Morina. Quarta dic. ad Arli, petia I silve cum arboribus XV: a mane Giroldi de Iacobo et fondum valis, a meridie heredum qd. Pozoni de Voltrona, a sero istius terre in parte et in parte suprascriptorum heredum qd. Pozoni et in parte eccl. de Brebia, a monte Giapini Giappe, et est pert. II et tab. XV. Quinta est silva ibi prope cum arboribus XII: a mane suprascripta petia et in parte heredum istius Pozoni, a meridie Alberti de Nigro de S. Maria et fratrum, a sero et a monte eccl. de Brebia, et est pert. I et tab. III. Sexta est silva cum arboribus IIII et dic. ad Avinium: a mane via, a meridie S. Michaelis de Vulturio, a sero Ottobelli Strepavinee et fratrum, a monte Girardi de Landulfo, et est tab. XII. Septima est silva et dic. ad Petram Inficam cum arboribus II et novelis XII: a mane Alberti de Nigro et fratrum, a meridie Oldurandi Savii, a sero S. Marie de Monte, a monte illorum de Voltrona et est pert. una et tab. XII. Octava dic. ad Pelluchi, et est silva cum arboribus (a) XXXIII: a mane suprascripte eccl. S. Marie, a meridie illorum de Voltrona, a sero Petracini de Beltramo de Frasso, a monte via, et est pert. II et tab. VII. Nona est petiola I cum arbore I magna, et dic. in Gate: a mane S. Michaelis de Vulturio, a meridie ff. ser Alberti de Morxolo, a sero Giroldi de Vulturio, a monte heredum qd. Arderici Ferrarii, et est tab. V. Decima dic. inter Cuniollum, et est petia I silve cum arboribus XLVI: a mane Ansermi Tinctoris et in parte monasterii de Besuzio et in parte S. Antonini de Logonate, a meridie Bogii Giape et in parte Albertoli de Iuliano, a sero istius S. Antonini et in parte ipsius Alberoli et in parte S. Ambroxii de Molina, a monte istius Albertoli de Iuliano, et est pert. X et tab. II. XI dic. similiter in Cuniolo et est petia I busci cum arboribus IIII: a mane Iacobi Mazerri de Vellate et valis, a meridie valis, a sero Gualterii de Prato, a monte similiter et est tab. XXVIII. XII est petia I silve cum arboribus VII, et dic. ad Pertuxium: a mane Giapini Giape et in parte Soldani Savii, a meridie valis, a sero valis et illorum de Comero, a monte Girardi de Landulfo et in parte heredum qd. Pozoni de Laporta, et est tab. XXXVIII. XIII est silva cum arboribus VI et buscus, et dic. similiter ad Pertuxium et est pert. II et tab. VII: a mane Guifredi de Rille et nepotum, a meridie illorum de Voltrona, a sero valis et via, a

monte Rugerii Tinctoris. XIIII et ([b]) brugarius cum arbore I et dic. ad Pradonem sive ad Bocham Pertuxii: a mane ser Alberti Bianchi, a meridie illorum de Voltrona, a sero Ugerii Strepavinee et in parte Albertoli de Iuliano, a monte Giroldi de Iacobo de Axerbo, et est pert. I et tab. VI. XV est silva cum arboribus VII, pert. II: a mane istius terre, a meridie ([c]) Lafranci Bonbeli et Alberti fratris sui, a sero Ansermi Tinctoris, a monte Algari de Vellate, et dic. ad Pradone. XVI est silva ibi prope, et dic. ad Pradone, cum arboribus III: a mane tenet Soldanus Savius, a meridie ipsius Soldani et Anrici de Vigniolla, a sero suprascripta petia, a monte illorum de Voltrona, et est tab. XLII. XVII et ([b]) silva cum arboribus IIII, et dic. in Pianevi: a mane suprascripte eccl. S. Marie, a meridie S. Petri de Brebia, a sero ff. qd. Alexandri de Cantono et in parte ser Alberti Petaci, a monte ([d]) Algari de Vellate et in parte fuit Beltrami de Prato, et est pert. II et tab. XVII. XVIII est silveta I cum novelis III, et dic. ad Aquam Nigram: a mane via et in parte Girardi de Landulfo, a meridie S. Michaelis, a monte Bellani de Voltrona, et est tab. VI. XVIIII dic. ad Aquam Nigram et ([b]) petia I vinee cum arboribus et nucibus, pert. VI et tab. I: a mane monasterii de Turba, a meridie Girardi de Landulfo, a sero via et in parte Ansermi Bombelis, a monte via. XX petia est vinea et dic. in Pomario cum pobiis: a mane S. Michaelis de Vulturio, a meridie via, a sero rialis, a monte monasterii de Logonate, et ([b]) pert. III et tab. XII. XXI est pradellum I, et dic. ad Molinam: a mane S. Ambroxii, a meridie via, a sero Salomonis Bordoni, a monte Ottobelli et Ugonis qui dicuntur Strepavinea. XXII est petiolla una gabii, et dic. in Vereiana: a mane via, a meridie S. Ambroxii, a sero rialis, a monte Uberti de Anrigacio. XXIII est sedimen I dirrupatum cum plantis V nucum, et dic. ad Cruxinum: a mane S. Victoris (?) de Logonate, a meridie Lafranchi de Bonvino, a sero Iacobi de Calcinate, a monte via. XXIIII est sedimen unum ibi prope, et dic. similiter ad Cruxinum, cum nucibus et salicibus retro; a mane S. Michaelis de Vulturio, a meridie via, a sero Ughini de Cabalio et consanguineorum, a monte rialis et in parte S. Michaelis. XXV est caneva I intus castellum: a mane et a monte via, a meridie via, a sero fuit Baraxii Bulie. Soma perticarum silvarum est pert. XL et tab. VI. Item ad Carbonariam medietas unius pecie busci: a mane illorum de Morxolo, a meridie S. Antonini, a sero Albertoli de Iuliano, a monte S. Ambroxii de Molina. XXVII est medietas unius busci ibi prope, et dic. similiter: a mane Alberti Bombelis, a meridie heredum Arderici Ferrarii, a sero Alberti de Nigro et fratrum, a monte Guifredi



Longi. XXVIII ęst medietas pro indivisso unius petie busci, et dic. ad Petram Inficam; a mane Rugerii Tinctoris, a meridie Lafranci de Calcinate et ff. Ansermi Longi et Rogerii Tinctoris, a sero illius Rogerii, a monte Albertoli de Iuliano. XXVIIII dic. in Avertuira, et est medietas unius busci: a mane Rugerii Tinctoris, a meridie heredum Baraxii Amizani, a sero S. Michaelis et in parte fuit Baraxii Bulie, a monte Iacobi de Calcinate. XXX dic. in Valle Morella, et est quarta parte unius busci: a mane illorum de Morxolo, a meridie monasterii de Turba et in parte S. Ambroxii, a sero Mirani de Castro Veteri et illorum de Rille, a monte suprascripte eccl. S. Marie et in parte Girardi de Landulfo. XXXI est petia I busci et dic. ad Avignium: a mane Soldani Savii et in parte fuit Baraxii Bulie, a meridie S. Michaelis, a sero Girardi de Landulfo et in parte Ottobelli Strepavinee, a monte S. Michaelis. XXXII est petia una busci et zerbi, et dic. in Avertuira: a mane Giroldi de Iacobo et in parte Guifredi Longi, a meridie monasterii de Turba, a sero Mirani de Castro Veteri et in parte illorum de Rille et in parte Uberti de Anrigacio, a monte S. Petri de Brebia. XXXIII est medietas unius busci et dic. in Via nova: a mane Iacobi Tariani et in parte fuit Baraxii Bulie et in parte S. Ambroxii de Molina, a meridie Rogerii Tinctoris, a sero Iacobi de Calcinate et Longorum, a monte Girardoli de Frasso. XXXIIII est quarta pars duarum sortium, et dic. in Campum: a mane illorum de Morxollo, a meridie fuit Baraxii Bulie a sero Iacobi de Guifredo, a monte fuit Baraxii Amizani et in parte ff. ser Alberti Petaciani.

Ego Girardus de Vellate not. scripsi, et sic fuerunt conscignate suprascripte petie terre per ipsum Iacobum de Frugerio, et ego not. mensuravi et racionavi ut supra legitur.

*Originale leggermente guasto da macchie di umidità.*
([a]) *Segue nel testo, cancellato, il numero* XXIII.
([b]) *Così nel testo, probabilmente per* est *oppure per* et est.
([c]) a meridie *interlineare su* in parte *cancellato.*
([d]) a monte *ripetuto.*

**N. 327**

**1252 aprile 4, Velate.**

(S T) In nomine Domini. A. dom. inc. millexîmo ducentexîmo quinquagexîmo secundo, die iovis quarto aprilis, ind. decima. Vendi-

Coirus f. qd. Ambroxii de Avignio de l. Vellate et Girardus f. qd. ser Raynerii Pellegrini de l. Bimio Superiori.

(S T) Ego Girardus not. f. qd. ser Guidonis de ser Girardo de l. Vellate hanc car. tradidi et scripsi.

*Originale molto sbiadito per l'umidità.*

N. 366

**1260 marzo 7, Barasso.**

(S T) In nomine Domini. A. dom. inc. millexímo ducenteximo sexageximo, die dominico septimo die martii, ind. tertia. Permutacionem ad proprium inter se ad invicem fecerunt d. Iohannesbonus de Lacanali, archipresb. eccl. S. Marie de Montibus Vellate, nomine et ex parte dicte eccl., ex parte una, et ex altera d. Prevede Bossius, capellanus eccl. S. Ambroxii de Mollina de l. Baraxio, nomine et ex parte illius eccl. S. Ambroxii. In primis dictus d. Prevede Bossius nomine dicte eccl. S. Ambroxii de Mollina de Baraxio dedit iamdicto d. archipresb. nomine dicte eccl. S. Marie pressenti die proprietario iure ad habendum et tenendum petiam unam terre campi et prati et silve uno tenenti, iacentem in territorio dicti l. de Baraxio ibi ubi dic. ad Caxinam, cui coheret ad super totum a mane Guidonis de Fille et fratris et nepotum in parte et in parte via, a sero heredum qd. Beltrami et Girardi de Prato, a monte dictorum heredum dicti qd. Beltrami, et est illa tota ([a]) petia pert. decem et novem et tab. sedecim et ped. ..... et medium, salvo tamen et reservato ipsi d. Prevede nomine ipsius eccl. S. Ambroxii iure decime et decimarie dicte terre date in permutatione iamdicto d. archipresb.; que decima et decimaria est dicte eccl. S. Ambroxii de Mollina et ad eam pertinet et spectat, et in quibus coherentiis ipse d. Prevede nomine suprascripte eccl. reservavit in se arbores duos a mane parte illius petie prope viam. Item in quibus coherentiis est terra que est a Valle, que vadit per illam petiam versus mane partem usque ad terram Guidonis de Fille et fratris et nepotum, que terra non fuit menssurata nec in suprascripta menssuratione ponita licet sit in permutatione data. Unde ad invicem dictus d. archipresb. nomine dicte eccl. S. Marie dedit ipsi d. Prevede nomine dicte eccl. S. Ambroxi de Mollina in permutacione pressenti die proprietario iure ad



habendum et tenendum infrascriptas petias terre iacentes in territorio dicti l. de Baraxio: prima est campus et dic. in Erallo: a mane via, a meridie via in parte et in parte dicte eccl. S. Ambroxii, a sero heredum qd. Menabeni de Vellate et in parte Drumossii de Vellate, a monte d. Antonii de Carnixio et in parte eccl. S. Petri de Brebia, et est pert. septem et tab. octo; secunda est campus cum nuce una et dic. in Eriallo: a mane via, a meridie Alberti Mazoni de ..arzo, a sero dicti Drumossii, a monte dictorum heredum dicti qd. Menabeni de Vellate, et est tab. triginta una et media; tertia est campus et dic. in Campo Aperto: a mane ser Alberti Blanci de Vellate, a meridie senterium de Lazorra, a sero monasterii de Logonate, a monte via et est tab. quadraginta septem; quarta est campus et dic. subtus Rippam ad senterium de Lazorra: a mane monasterii de Turba, a meridie senterium de Lazorra, a sero hominum de Voltrona, a monte rippa plurium, et est tab. decem et septem; quarta est campus et dic. similiter in Campo Aperto: a mane Bozi de Comero, et fratris, a meridie et a monte via, a sero dicti qd. Menabeni de Vellate, et est tab. viginti septem; sexta est campus et dic. similiter in Campo Aperto: a mane et a meridie et a sero Marchisii de Borrezio de Arcizate et fuit Arderici de Ferrario de Comero, a monte via, et est tab. ***** ([b]); septima est campus et dic. ad Fontanellam: a mane eccl. de Besuzio in parte et in parte heredum qd. Vallentis de S. Maria: a meridie ser Alberti Blanci de Vellate, a sero Martini de Baraxio, a monte via, et est pert. una et ped. duo et media; octava est campus et dic. in Bragina: a mane monasterii de Turba, a meridie et a sero S. Ambroxii de Mollina, a monte Alberti Mazoni de Roarzo, et est tab. viginti due et media; nona est campus et dic. similiter: a mane dicte eccl. S. Marie Montis, quod in se reservavit, a meridie S. Ambroxii, a sero monasterii de Turba, a monte accessium, et est tab. novem; salvo tamen et reservato utrique parti si dicte terre plus vel minus invenirentur prout menssurate fuerunt per me Paganum not., quod unus alteri ad invicem debeant et teneantur restituere tantum quantum..... fuerit repertum; eo tenore ut amodo in antea omni tempore predicti permutatores nomine dictarum eccl. cum successoribus in ipsis eccl. et cui vel quibus dederint habeant et teneant ac titullo permutacionis possideant suprascriptas petias terre inter eos ad invicem permutatas, et de eis faciant titullo permutacionis quicquid facere voluerint sine alicuius persone contradictione, cum superioribus et inferioribus, cum finibus et accessionibus et ingressionibus et regressionibus, et cum omnibus aliis ussibus et utilitatibus et

commoditatibus et iuribus ipsis petiis terre inter eos ad invicem permutatis pertinentibus et spectantibus in integrum; quas petias terre inter eos ad invicem permutatas constituerunt se tenere et possidere suprascripto nomine unus nomine alterius ad invicem, vollentes plenum dominium et plenam possessionem et omne ius ipsarum petiarum terre inter eos ad invicem permutatarum a se nomine predicto discedere et inter eos ad invicem transferre et desserere, cui possessioni et dominio illico renontiaverunt et inter eos ad invicem unus in alterum transtulerunt, deseruerunt et dereliquerunt et se absentes exinde fecerunt, ipsosque nomine suprascripto procuratores in rem suam fecerunt et constituerunt; et cesserunt et dederunt atque mandaverunt prenominati permutatores unus alteri et alter alteri suprascripto nomine ad invicem omnia iura omnesque actiones utiles et directas, reales et personales atque ypothecarias et exceptiones et replicationes et rentiones ([c]) et defenssiones et in rem actiones sibi et ipsis eccl. quocumque modo pertinentia et pertinentes in illis et pro illis petiis terre inter eos ad invicem permutatis et contra omnes personas et res pro eis et earum occaxione in omnibus et per omnia. Preterea promisserunt et guadiam dederunt et omnia sua bona et bona suprascriptarum eccl. pignori obligaverunt iamdicti d. Iohannesbonus archipresb. et Prevede Bossius permutatores unus alteri et alter alteri ad invicem, quod defendent et guarentabunt et expedient predictas omnes petias terre inter eos ad invicem permutatas unus alteri et alter alteri nomine predictarum eccl. et successoribus in ipsis eccl. ([d]) et cui vel quibus dederint ab omnibus personis omni tempore suis omnibus expensis et dampnis; salvo tamen et reservato cuilibet parti dominio sue rei date alteri ad cautellam et defenssionem rei recepte omni tempore. Act. in dicto l. Baraxio. Unde plures tenoris ([e]) fieri rogaverunt. Interfuerunt ibique tt. Soldanus Savius f. qd. Iohannis et Lafrancus f. qd. Iacobi de Calzinate et Filippus et Ungillius fratres ff. qd. Beltrami de Prato et Philippus f. qd. ser Chunradi de Morexollo, omnes de predicto l. Baraxio, et Albergadus f. qd. Obizonis de Varixio de l. Vellate et alii plures. Et pro secundo not. rogatus adfuit Raymondus not. f. Iacobi not. de l. Casgiago.

(S T) Ego Raymondus not. f. Iacobi not. de l. Casgiago pro secundo not. rogatus adfui et ss.

(S T) Ego Paganus not. f. qd. ser Revegiati de lo Monte de l. Casgiago hanc car. tradidi et scripsi.



*Originale.*

([a]) tota *ripetuto nel testo.*
([b]) *Segue uno spazio predisposto per il completamento.*
([c]) *Così nel testo per* retentiones.
([d]) eccl. *ripetuto nel testo.*
([e]) *Così nel testo.*

**N. 367**

**1260 giugno 17.**

In Christi nomine, amen. MCCLX, die veneris XIII ante kal. iulii. Coram d. Azzone iudice de Bimio superiori, arbitro inter partes electo, ponit d. Iohannesbonus de Canali archipresb. eccl. S. Marie de Monte nomine dicte eccl. S. Marie in causa que vertitur inter ipsum d. archipresb. predicto nomine ex parte una, et Guifredum f. qd. Ugonis domine Taranie et Vercellum nepotem suum et fratres suos de l. Bubiate ex altera, quod qd. Albertus de Guarnerio de l. Massenago per quedam tempora et postmodum Ubertus f. ipsius Alberti olim per multos annos tenuit ([a]) ad massaritium petiam illam terre que continetur in libello de cuius possessione queritur ab ipso d. archipresb. ([b]) et ab antecessoribus suis in ipso archipresbiteratu nomine ipsius eccl. sive ab ipsa eccl. ad certum fictum solvendum et dandum omni a. ipsi eccl. Item quod Conradus Ponzonus de l. Massenago a tempore illo quod dictus Ubertus dimisit ipsam petiam terre, tenuit et tenet eandem petiam terre ab eodem d. archipresb. nomine dicte eccl. sive ab ipsa eccl. ad certum fictum solvendum et dandum dicto d. archipresb. nomine predicto annuatim. Item quod tam dictus Ubertus quam ipse Conradus dederunt et consignaverunt eidem d. archipresb. ([c]) predicto nomine ipsum fictum dicte petie terre per a. XV duas partes et plures; et spetialiter ipse Conradus de a. proximo preterito currenti MCCLVIIII.

*Minuta notarile (?). Data errata: il giorno 18 giugno è sabato.*

([a]) *Seguono nel testo le parole* et quod *cancellate.*
([b]) *Segue una parola illeggibile cancellata.*
([c]) *Segue la parola* fictum *cancellata.*

## N. 373

**1264 gennaio 31, Velate.**

(S T) A. dom. inc. millexımo ducentexımo sexagexımo quarto, die iovis ultimo die ianuarii, ind. septima. Datum et vendicionem ad proprium fecit Guido ([a]) f. qd. Petri Patarini de l. Vellate, nominative de tertia parte pro indiviso decimarie casgiagasce casalis Patarinorum, que dic. esse in Traversana territorii de Casgiago sive de Vellate, in manu Albergadi ser Obizonis de Vellate recipientis nomine et ad partem eccl. S. Marie de Monte per medietatem ipsius tertie partis, et per alliam ([b]) medietatem in manu Robe f. qd. Iacobi de ser Arnaldo de ipso l. Vellate, recipientis suo nomine et nomine Alberti de ser Brunengo et Botti de ser Botto et magistri Guillielmi de Purgera, videlicet quod dicti Roba et Albertus et Bottus et magister Guillielmus dictam medietatem ipsius tertie partis dicte decimarie inter se ita dividant et tallem partem habeant secundum quod habent et dividunt in decimaria maiori loci et territorii de Vellate; quam tertiam partem dicte decimarie dictus Guido dèdit et vendidit suprascriptis Albergado et Robe ([c]) recipientibus suprascriptis nominibus ut supra determinatum est. Eo tenore quod de cetero omni tempore dicta eccl. per medietatem et dicti Roba et Albertus et Bottus et magister Guillielmus per aliam medietatem et eorum heredes et cui dederint, habere et tenere debeant dictam terciam partem dicte decimarie una cum superioribus et inferioribus, finibus et accessionibus suis iure proprietarii, quidquid facere voluerint sine alicuius contradictione; cedendo, dando et mandando dictus Guido venditor eisdem emptoribus omnia iura omnesque actiones et rationes utiles et directas, reales et personales ei pertinentes et pertinentia in ea et pro ea tercia parte dicte decimarie vendita vel eius ocaxione in omnibus et per omnia; eosque emptores in rem suam titulo emptionis constituit procuratores. Preterea iamdictus Guido venditor constituit se possidere dictam terciam partem ipsius decimarie venditam nomine suprascriptorum eccl. et Robe cum sotiis emptorum, volens omnem possessionem et dominium ipsius tercie partis dicte decimarie quasi in ipsam eccl. et ipsos emptores transferre et relinquere. Quidem insuper promisit et convenit obligando omnia sua bona pignori predictus Guido venditor eisdem Albergado recipienti nomine dicte eccl. et Robe suo nomine et sotiorum emptorum, quod defendet et guarentabit suprascriptam tertiam partem dicte decimarie suis propriis sumptibus et expensis suprascripte eccl. et suprascripto Robe et sotiis suisque heredibus et cui dederint ab omnibus iure et ratione usque in perpetuum. Et hoc totum pretio et solutione dicte tercie partis pro indiviso dicte decimarie contentus et confessus fuit dictus Guido accepisse et habuisse a dictis Albergado sol. viginti tert. solutione nomine dicte eccl.: de quibus ipse Albergadus receperat sol. X ab Odone Garzorano pro iuncta unius cambii facti intra ([d]) ipsum Odonem et suprascriptam eccl.; item a dicto Roba, solvente suo nomine et sotiorum, sol. viginti tert., renontiando exceptione non accepti pretii et non facte venditionis et omni probationi in contrarium. Act. in l. Vellate; presentibus Odone Garzorano et Brunengo f. eius et Ardizone f. qd. Guifredi de ser Alberto de Massenago omnibus de l. Vellate, tt.

(S T) Ego Ubertus Zavatus de l. Vellate not. hanc car. tradidi et scripsi.

*Originale.*

([a]) *Segue nel testo la parola* filius *cancellata perché ripetuta.*
([b]) *Seguono le parole* terciam partem *cancellate.*
([c]) *Segue la parola* et *cancellata.*
([d]) *Segue la parola* ipsa *cancellata.*



## N. 374

**1264 aprile 3, Voghera.**

(S T) A. dom. inc. millexımo ducentexımo sexagexımo quarto, die iovis tertio die aprilis, ind. sesta. Datum et vendicionem ad proprium fecit Stephanus f. qd. Girardi de ser Guidone de Vellate qui habitat in burgo Vogera in Albergadum de ser Obizone de Vellate, recipientem nomine et ad partem eccl. S. Marie Montis, nominative de petia una terre iacente in territorio l. de Baraxio ubi dic. in Certia: a mane et a meridie et a sero dicte eccl., a monte monasterii de Torba, cum omnibus usibus et hutilitatibus et iuribus et asiis et accessiis ipsi petie vel eidem venditori in ipsa petia pertinentibus et adiacentibus; tali modo quod de cetero in antea ipsa eccl. et eius successores habeat et teneat et titullo emptionis possideat dictam petiam terre et fatiat de ea una cum superioribus et inferioribus et finibus et accessionibus suis iure proprietarii quicquid facere volluerit sine allicuius contradictione. Insuper dictus Stephanus promissit obligando omnia sua bona pignori

eidem Albergado predicto nomine, ita quod de cetero in antea defendet et guarentabit dictam petiam terre ei et suis successoribus et cui dederit, omni tempore, ab omnibus personis suis expensis et dampnis et sine dampno et dispendio ipsius eccl. suorumque successorum. Et hoc totum pro pretio et solutione de sol. sedecim tert., quos confessus et contentus fuit dictus Stephanus se ab eo predicto nomine accepisse, omni exceptione remota. Act. in burgo Vogera. Interfuerunt ibi tt. Simon et Paganus fratres ff. qd. Girardi de ser Guidone qui abitant in burgo Vogera et Nicola f. ser Arderici de ser Girardo de l. Castobenno.

(S T) Ego Otto not. f. qd. Girardi de ser Guidone de Vellate qui abito in burgo Vogera tradidi et scripsi.

*Originale. Indizione errata: nell'aprile 1264 correva l'indizione settima.*

N. 375

**1264 settembre 21, Induno.**

In nomine Domini. MCCLXIIII, die dominico XXI die mensis septembris, ind. VIII. Infrascripti homines l. de Induno sunt hii qui fecerunt infrascriptas consignationes terrarum, sediminum, iurium spectantium et pertinentium eccl. S. Marie de Monte. In primis iuraverunt de veritate dicenda Iacobus Quatuorpanis et Iohannes Aldianus et Anricus de Piora et Girardus de Arigacio et Guillielmus de Buscho, omnes de l. Induno; fecerunt suprascriptam consignationem infrascriptarum rerum suprascripte eccl. precepto d. Alberti de Gualbertis, iudex et missus potestatis Med. (a).

Tertia petia est campus, et (b) iacet in territorio de Induno: a mane eccl. Michaelis (c) de (d) Vulturio sive eccl. de Arzizate, a meridie accessium sive Alberti Blanci, a sero S. Yemoli de Engana, a monte via, et est pert. IIII. Quarta petia est campus gavatus et iacet ubi dic. ad Luvanarium: a mane eccl. S. Marie Yemalis civ. Med., a meridie Muzonis de Induno, a sero S. Yemoli de Engana, a monte via, et est pert. I salvo iure pluris. Quinta petia est campus, et iacet ibi prope ubi dic. ad Luvanarium: a mane et a sero S. Yemoli de Engana, a meridie (e) in parte suprascripte eccl. S. Marie et in parte S. Yemoli, a monte via, et est pert. III et tab. XV et ped. II. Item ibi prope petia I campi ubi dic. ad Luvanarium: a mane (f) S. Yemoli de Gana, a meridie via, a sero S. Marie Yemalis civ. Med., a monte suprascripte eccl. S. Marie de Monte, et est pert. III et tab. VIII. Septima petia terre campus iacet ubi dic. ad Luvanarium: a mane S. Michaelis de Vulturio, a meridie in parte consortalium S. Salvatoris et in parte eccl. Med., a sero S. Petri de Induno, a monte via, et est pert. VI et media. Octava petia est campus, et est iacens ubi dic. ad Pratum: a mane via, a meridie S. Michaelis de Vulturio, a sero via, a monte S. Yemoli de Engana, et est pert. XIIII minus tab. IIII, ut in instrumento veteri continetur. Nona petia est campus, et iacet ubi dic. ad Pratum: a mane via, a meridie et a monte S. Michaelis de Vulturio, a sero eccl. S. Victoris de Arzizate, et est pert. II minus tab. IIII. Decima petia est campus ingavatus et dic. in Horo Horone sive ad pratum: a mane via in parte et in parte eccl. S. Victoris de Arzizate et S. Yemoli de Engana, a meridie S. Yemoli de Engana, a sero et a monte S. Yemoli similiter, et est pert. VIII et tab. VII. Undecima petia est campus iacentem ubi dic. ad Baraziam: a mane S. Yemoli de Engana, a meridie similiter, a sero et a monte via, et est pert. VIII. Item ad Baratiam petia I campi in territorio de Induno: a mane via, a meridie ser Iohannis de Muzonis et in parte Arondi et fratrum, a sero via, a monte predicti Iohannis et est pert. XII et tab. XII, secundum quod in instrumento veteri continetur.

MCCLXIIII, die martis XV die novembris, ind. VIII. In l. Gavirate. Bolinus Ferarius consul loci dicti iuravit de hostendendis terris, res, possessiones quas eccl. S. Marie de Monte habet in ipso territorio, et Petrazius de Pasquario iuravit et Bregonzius Manzus et Bregondius de Cozali f. qd. ..... In primis predicti iuraverunt consignare petiam I campi in Avale cum nucibus (g): a mane via, a meridie ser Mafei de Besuzio a sero accessium et heredum Petriboni de Maredo, a monte accessium et est tab. XL et tenetur per Bergondium de Cazali et est pert. III et tab. ..... de pasquario.

Item ibi prope petiam I campi cum nuce I: a mane ser Mafei de Besuzio, a meridie via, a sero Ruffini de Fontana, a monte heredum Marchi Ferarii, et est tab. XII et media. Item petiam I guasture ubi dic. in Castaneo: a mane et a monte via, a meridie ser Mafei de Besuzio, a sero....., et est tab. LXX. Item castanedum vineam cum rompis: a mane ser Mafei de Besuzio, a meridie via, a sero Girardi de Cossa, a monte Ugonis Comitis, et tenetur per Bregondium de Cozzalio, et est tab. XXXII. Item ad Oltinum sive in Relada campus et pratus pro medietate: a mane eccl. de Brebia, a meridie prioris de

Girardi, a meridie ser Alberti Bianci, a sero et a monte via, et est pert. tres et tab. viginti; et ipse vero Girardus pro scontro ([b]) suprascripte petie terre dedit eidem d. archipresb. nomine suprascripte eccl. recipienti petias duas terre: prima quarum est campus et iacet in territorio l. de Vellate ubi dic. in Romagniago, et est tab. viginti: a mane et a meridie ser Azzonis ser Arnaldi, a sero Botti de ser Botto, a monte via; secunda est campus et iacet in eodem territorio ubi dic. in Romagniago, et est tab. quinquaginta vel id circa: a mane, a sero et a monte suprascripte eccl., a meridie via. Et hoc cum omnibus iuribus utriusque partibus, eo tenore quod amodo in antea ipse ambe partes habeant et teneant ac titullo cumutationis et cambli possidere debeant suprascriptas terras prata ad invicem cumutata, et faciant exinde cum superioribus et inferioribus et ([c]) cum confinibus et accessionibus suis quicquid facere volluerint sine allicuius contradictione; cedentes, dantes atque mandantes dicti cumutatores ad invicem unus allio et allius allio vicissim omnia iura omnesque actiones utilles et directas, reales et personales ac ympotecarias sibi quocumque modo competentia et competentes et pro predictis terris alteri parti datis et contra quascumque personas et res et rerum possessores pro eis vel earum occaxione, eumdemque unus contra allium ad invicem et allius contra allium inter se constituerunt se procuratores, ita quod per omnia et modis omnibus unus pro allio loco alterius ad invicem sit et esse debeat de predictis et pro predictis omnibus terris ad invicem cumutatis, vollens plenum dominium et possessionem a se dixedere et in ipsos unus ad allium vicissim transfere et dare; cui dominio et possessioni illiqo renuntiaverunt, et in ipsos unus allium vicissim transtullerunt, dederunt et derellinquerunt, et se absentes exinde fecerunt de suo quolibet camblo alteri parti dato. Preterea dicti cumutatores ad vicem promiserunt et guadiam dederunt et omnia sua bona pignori obligaverunt, videlicet ipse d. Iohannesbonus archipresb. bona tantum dicte eccl. pignori obligavit eidem Girardo, et ipse Girardus sua bona pignori obligavit eidem d. archipresb. nomine dicte eccl. recipienti, quod defendent et guarentabunt inter se ad invicem suprascriptas petias terre cum omnibus suis iuribus alteri parti ad invicem datis, omni tempore, ab omni homine et persona, suis propriis damnis et non alterius partis; et quod quellibet pars exhonerabit alliam partem et indemnem prestabit et conservabit ab omnibus fodris, condempnationibus et honeribus communis Med., donec presentes eventaria durabunt; salvo et retento in se quelibet pars dominium et possessionem cuiuslibet sui cambli alteri parti dati si dicta cambla ab ista parte recepta aud si suum camblum ab altera parte receptum alliquo tempore eviceretur in toto vel in parte, ita quod ad suum camblum reverti possit si predicta cambla sucedant absque servitute et bano vel allia conventione communis Med. Et addito et pacto spetiale facto inter eos sive inter predictas partes quod in predictis et supra predictas terras nulla hombria alliquo tempore fiat, nec fieri nec allevari debeat, nocitura alliquibus ex suprascriptis terris; et si fieret vel allevaretur, quod liceat alteri parti dictas hombrias abstullere et aufere et madere et destruere, absque ullo pretio sibi datto vel iniucto; renuntiantes ambe partes exceptioni non facti cambli et comutationis et omni probationi in contrarium; et quod pro predictis vel alliquo predictorum non possint inter se dare ad invicem in solutionem car. debiti communis Med. nec allias car. vel alliquod alliud preter quam peccuniam numeratam, et omnibus feriis solemnibus et repentinis, et causis collocandis vel collocatis et omnibus interdictionibus earum. Act. in burgo Varixio in domo suprascripti d. archipresb., presente pro secundo not. Gasparo f. qd. ser Guillielmi de Lacanalli de l. Bimio Inferiori. Interfuerunt ibi tt. Albergadus f. qd. ser Hobizonis de Mercato de l. Vellate et Guillielmus f. qd. Nazarii de Folario et Ambrosius f. qd. item Ambrosii de l. Bimio Inferiori, qui ambo habitant cum dicto d. archipresb.

(S T) Ego Roba not. f. qd. Iacobi de ser Arnaldo de l. Vellate hanc car. tradidi et scripsi.

*Originale.*

([a]) indictione *ripetuta nel testo.*

([b]) pro scontro *ripetuto.*

([c]) cum superioribus et inferioribus *ripetuto.*



**N. 389**

**1267 dicembre 26, S. Maria.**

(S T) In nomine Domini. A. dom. inc. millexímo ducentexímo sexagesimo octavo, die lune sexsto die ante kal. ianuarii, ind. undecima. In monte S. Marie de Monte. Investivit ad massaricium ad benefaciendum, ad melliorandum et non ad peiorandum, ad infegandum et non ad deffegandum d. Iohannesbonus de Lacanalli archipresb. eccl.

S. Marie de Monte, nomine eiusdem eccl. Ugonem f. Iacobi Tatiani de l. Baraxio, nominative de petia una terre iacente in territorio l. de Baraxio ubi dic. ad Aquam Nigram: a mane monasterii de Turba, a meridie Antonii f. qd. Girardi de Herembella, a sero Ottobelli Strepaviniam, a monte eccl. S. Michaelis de Vulturio, et est pert. quinque vel plus; eo tenore quod amodo in antea ipse Ugo cum suis heredibus et cui dederit habeat et teneat ac titullo massaricii faciat exinde quicquid facere volluerit sine allicuius contradictione, dando et solvendo fictum annuatim eidem d. archipresb. suprascripto nomine hinc ad a. quinque proximos star. duo panici et star. unum silliginis quolibet a., bonam, pulchram et sicham, ad mensuram Med. et de in antea ([a]) concia quatuor vini quolibet a. et non blavam, bonum et purum, ad mensuram Med.; cum omnibus expensis et damnis que fient pro ipsis fictis petendis vel quolibet eorum preterito termino quolibet, eo acto et pacto facto inter eos, quod si vinum non fuerit in dicta vinea seu petia terre in toto vel in parte, quod dictus Ugo debeat et teneatur dare et solvere prout venit sol. duodecim tert. pro quolibet a., videlicet sol. duos tert. pro quolibet concio quod deficiet; et insuper quod non liceat dicto Ugoni dictam terram rexpuere nec ipsi d. archipresb. abstullere alliquo modo vel iure soluto vero ficto, et si fuerit amodo in antea quod non solverit dictum fictum ut supra legitur a quolibet termino in anno, dictus Ugo admitat ..... ius et ipse d. archipresb. suprascripto nomine abstullere et eripere possit, non obstante suprascripto pacto, renuntiando exceptioni non facte investiture et pacti et non debendi ficti. Et pro predictis omnibus attendendis et observandis ut supra legitur quolibet capitullo dictus Ugo promissit et guadiam dedit et omnia sua bona pignori obligavit eidem d. archipresb., ita ut omni die et tempore preterito quolibet termino possit cum effectu conveniri, non obstantibus causis collocatis vel collocandis aud alliqua interdictione earum; et quod pro predictis vel alliquo predictorum non possit ei dare in solutionem car. debiti communis Med. vel allias car. vel alliquod alliud preter quam pecuniam numeratam et omnibus statutis scillicet hordinamentis communis Med. Act. in monte S. Marie. Interfuerunt ibi tt. Laurentius f. qd. Iohannis Marzolli et Obizo f. qd. Federici de Vignio, ambo de l. Vellate, et Giroldus f. Arderici Bazallerii de l. Logonate.



(S T) Ego Roba not. f. qd. Iacobi ser Arnaldo de l. Vellate hanc car. tradidi et scripsi.

*Originale molto sbiadito nella parte inferiore.*

([a]) *Così nel testo.*

**N. 390**

**1267 settembre 6, Milano.**

(S T) In nomine Domini. A. dom. inc. d. nostri Yesu Christi millexímo ducentexímo sexagexímo octavo, die iovis sesto die setembris, ind. duodecima. Presentibus Curado Cuppo et magistro Arderico f. qd. Girardi de Campo et Bisacha f. Arichi Cochi tt. civ. Med., contentus et confessus fuit magister Symon Borzius civ. Med. sibi fore plenarie satisfactum a d. archipresb. S. Marie ad Montes de sol. XV tert. pro ficto huius presentis a., renontiando exceptioni non receptorum den. occaxione ficti. Act. in domo dicti magistri Symonis de parochia S. Stefani ad Nuxugiam porte Nove.

(S T) Ego magister predictus Symon not. tradidi et scripsi.

*Originale.*

**N. 391**

**1268 novembre 28, Varese.**

(S T) In nomine Christi, amen. A. ab inc. eiusdem nostri dulcissimi Salvatoris millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, die mercurii vigesimo octavo mensis novembris, ind. duodecima. Contentus et confessus fuit d. Anricus de Savia, prepositus ecclesie de Varisio, suo nomine et nomine et vice capituli et confratrum suorum canonicorum dicte ecclesie accepisse et habuisse a d. Iohannebono de Canali, archipresb. eccl. S. Marie de Monte, plenam et integram consignationem de toto illo oleo quod ipse d. archipresb. suprascripto nomine olim dare debuit eis usque ad presentem diem ad computum butigiarum quindecim in anno uno et quatuordecim in alio in quolibet anno preterito, que butigie sint ad computum librarum decem et septem ad